



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis
Disciplinis & religione Christiana**

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

366. De commutationibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

DE ECCLES. DISCIPLINIS. 167
fiastica vel civili, si fiendæ sunt, fiant.

De eadem re. *Cap. xxxi.*

CCCLXIII. Precariæ autem à nemine Concil. Meld.
de rebus ecclesiasticis fieri præsumantur, nisi c. 22.
quantum de qualitate convenienti datur ex Capitula Ka-
proprio, duplum accipiatur ex rebus Eccle- roli Calvi tit.
siæ, in suo tantùm qui dederit nomine, si res 6. c. 7.
proprias & ecclesiasticas usu fructuario tenere Burchard. lib.
voluerit. Si autem res proprias ad præsens di- 3. c. 167.
miserit, ex rebus ecclesiasticis triplum fru-
ctuario usu in suo tantùm quis nomine sumat.
Quia sic eas quemque tractare ut alienarum
rerum dispensatorem convenit, non ut pro-
priarum largitorem.

De eadem re. *Ex eodem.*

CCCLXIV. A nulla potestate quis co- Concil. Meld.
gatur facere precariam de rebus Deo & san- c. 22.
ctis ejus dicatis, cum ratio & usus obtineat Burchard. lib.
neminem cui non vult contra utilitatem & ra- 3. c. 168.
tionem præstitum de proprio facere benefi-
cium.

Ut precariæ in quinquenniorenoventur.

Ex eodem.

CCCLXV. Ut precariæ de quinquen- Concil. Meld.
nio in quinquennium secundùm antiquam c. 22.
confuetudinem & auctoritatemrenoventur. Burchard. lib.
3. c. 169.

De commutationibus. *Ex eodem,*

cap. xxxii.

CCCLXVI. Ut commutations rerum Concil. Meld.
ecclesiasticarum validè caveantur & subtilissi- c. 23.
3. c. 171.
L. iiiij

mē , si aliquo modo fieri debent , inspiciantur.

Secreta Hila-
ri c. 1.

Quæ autem inconsultè factæ sunt , juxta de-
cretum canonicum Hilarij Papæ , quæ inilicite
decessor Episcopus admiserit , vel ab aliis inilicite
commissa sunt , ab eo qui successor est
emendentur. [*Vide Concilium Valentin. III.*
cap. 21. & lib. 3. Leg. Longob. tit. 10. cap. 3.]

Ne Præcepta fiant super beneficia ecclesia-
stica vel precarias. *Ex Coneilio apud*
sanc&um Medardum cap. xl.

Concil. Meld.

c. 22.

Capitula Ka-

roli Calvi tit.

6. c. 7.

Burchard. lib.

3. c. 175.

C C C L X V I I . Præcepta autem regalia

super precariis ecclesiasticis fieri nec ratio si-
nit nec auctoritas quolibet modo permittit:

quoniam Præcepta in jure ecclesiastico firma-
re indignum judicet necesse est majestas re-

gia , nisi ab ecclesiastico rectore petantur. Il-
dem autem custos Ecclesiæ sollertissimè ca-

veat ne sui ordinis & ecclesiasticæ communio-
nis fortè immemor , contra auctoritatem

Præceptum regium pro quacunque adsen-
tione fieri petat : qui etsi fecerit , non audi-
tur.

Si autem & obtinuerit , regia discretione &
episcopali judicio idem rescindatur , & petitor

injustus pro Principis injusta suggestione dig-
nè corripiatur.

De eadem re. *Ex eodem cap.*

Capitula Ka-

roli Calvi tit.

9. c. 7. §. 11.

in Concilio

apud sanct.

Medard.

C C C L X V I I I . Sciant fideles nostri

quia concessimus in synodo venerabilibus

Episcopis ne super beneficia ecclesiastica vel
precarias , etiamsi quilibet monasteriorum

prælatus inrationabiliter petierit , Præcepta
confirmationis nostræ ullo modo faciamus.